

## Aduertencias para

conferebat gratię, & virtutibus cùm quadam  
extensione vigorem, vt homo vitaret omne  
peccatum, & facile per seueraret, si vellet. Ita  
in Eucharistia verbum, & Anima eius spiri-  
tualis adest, & corpus ac sanguis prodest nō  
tantum Anime manducantis, sed corpori, &  
potētiis illius; [quales sunt cogitativa & ap-  
petitus sensitivus virtutis capax] & utriusq;  
partis mūditiam requirit, vt fiat totus homo  
concorporalis, consanguineusquē Christi, &  
vnū corpus, vnuſq; panis, vt dicit. I. Cor.  
10. fiat cum ceteris membris Ecclesie. Ut cō-  
fert animæ ex refluentia gratiæ, in ipsis vir-  
tutibus, & donis cum gratia infusis specia-  
lem vigorem, ita corpori vigorē ad ieunia,  
& labores, vt eo novo titulo vnionis cuius-  
dam corporis nostri cū corpore Christi dig-  
nius præparentur corpora communicantium  
addotes corporales in resurrectione futuras  
in communicatione quadam, & quasi in semini-  
ne. Et tandem Parochus populum sibi cōmis-  
sum Animas videlicet pretioso ſanguine Chri-  
sti redemptas instruat, & doceat q̄ quemad-  
modum Christus redēptor noster in vita mor-  
tali aſſumpsit interdum aliquid simile doti-  
bus per modum tranſeuntis. [vt claritatem

Matth.